



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Arbitris. Titvlvs XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

stant, aduersarii (ut mandatum nostrum eludant) antequam littere ad iudicem perveniant, vel etiam postea priusquam citentur ab eis, in vocem appellationis prorumpunt: [1 & 7.] Nos igitur contra predictam calliditatem & versutiam providere volentes: mandamus, quatenus si aduersarii eorum pro evacuando nostro mandato taliter appellaverint, aut de possessione, de qua controversia vertitur, commutationem fecerint a, vel se malitiose duxerint appellandos: eos, qui in possessione se ingrefferunt, appell. cef. cogatis sub vestro examine juris equitatis parere.

[1. Vel commutationem facientes aliquos in possessionem eorum de quibus controversia vertitur, malitiose inducunt.]

CAP. II.

Clericus causa mutandi iudicium, non debet recipere cessionem a laico.

Gregorius IX. Abbati S. Nicolai, & Decano Furven. b. Morn. diocel.

EX parte Scabinorum & Hipretis d. fuit propositum, quod inter laicos ejusdem loci questionibus emergentibus per iudicium seculare, quidam clericus sibi dono vel precio ab aliquibus laicorum ipsorum cedi faciant actiones, ut aduersarios ad ecclesiasticum forum trahant, & pradam ex huiusmodi commercio adsequantur: & infra. Cum igitur cessiones & emptiones illius legitime prohibeant sanctiones, ita quod iactura causa adiciant illos, qui sibi potentiorum patrimonium veliter aduocare praesumunt, & ex eo sint etiam odiosae, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere: mandamus, quatenus clericos memoratos a praesumptione huiusmodi per cen. eccl. compellatis.

DE ARBITRIS. TITVLVS XLIII.

CAP. I.

Arbitri sicut in distanti numero adsonandi, & eis discordantibus statim sententia maioris partis.

Ex Concilio Africano. e.

Sancti & infra: f. Si autem ex communi placito Episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum g.

CAP. II.

Nullo est arbitrium seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile.

Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.

Non sine multa necessitate b. A. Presbyter nobis propositum, quod cum in ecclesia sancti Alphridi per manum R. Archi. de Suella personae illius: ecclesiae capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo M. nepos eius, sibi in ecclesia iam dicta successit, eundem Presbyterum capellanum ibidem iterum ordinavit [1 & 7.] Cum autem idem Presbyter extra provinciam exulans, de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, nec suam ulterius inopiam sustinere, per dolum & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum extortum, ut arbitrium clericorum duorum exinde suscipere & seruare: qui iam dicto M. fauente k. Presbytero praesentent, ut quinque marchas pro eodem suscipere, & tunc cederet quaestioni. Quoniam igitur non decesset aliquatenus sustinere, ut quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectum relinquere, mandamus, quatenus si cognoverint praefati clerici tam nequiter ar-

a vide l. fin. cum gloss. C. de litig. b. al. Favem. c. Scabinos vocant Belgae & alii populi, senatores seu oppidorum magistratus. d. Hipreti. e. Conc. Afric. 88. Concil. Milen. c. 24. Bure. lib. 2. de cap. 66. l. 1. c. 176. f. cap. 4. De for. comp. in 1. compil. g. Vide Licet si unus, & si tres. D. de. h. cap. 1. eod. tit. in 2. compil. i. vnde ecclesia dicitur aliquoties. k. eidem Presbytero.

bitatos fuisse, dictum Presbyterum ab observantia iuramenti auctoritate nostra prorsus absolvas: vel si arbitrium ipsum noveris equitate subnixum, ad observantiam ipsius utramque partem adp. cef. compellas.

[1. Quorum temporibus xxx. anni & ultra capellaniam ejusdem ecclesiae pacifice se assere tenuisse, tandem vero idem M. ab eadem ecclesia volens ipsam Presbyterum removere, in eum capite indeliberatas exactiones exercere: & quidam ejus homo circa domum suam egressus, violentas manus in eum iniecit. & idem M. visus est eum circumvenire, ut pro v. marchis argenti quas etiam idem M. ei promittelat annuatim nomine pensionis solaturum, predicta capellania cedere non disseret. Praefato vero Presbytero nolente ejus exequi voluntatem, M. praedictus tantum dicitur fecisse, quod post multas iniurias & gravamina sibi illata occupatis omnibus aliis rebus ab officio & beneficio est suspensus vel spoliatus.

CAP. III.

Arbitrator adsumptus in patrimoniali causa clerici, non potest ad iudicare rem ecclesiae possidendam, etiam ad vitam clericis. hoc dicit, & est casus notabilis.

Idem Exoniensis Episcopi.

Pervenit a ad nos, quod cum G. de Cal. forem G. clericus duxisset in uxorem, idem G. fidei interpositione firmavit, quod v. sol. sterlingorum annuatim daret eidem. unde cum super eisdem v. sol. inter ipsos controversia mota fuisset, in quatuor compromittere personas, quae taliter arbitrata fuerunt, quod idem G. decimas, quas in parocchia de Cal. praefatus G. habere dignoscitur, pro v. praxatis sol. perciperet annuatim. Unde quoniam huiusmodi arbitrium ecclesiae posset in posterum perniciosum existere, mandamus, quatenus si ita inveniatis, praenominatum G. diligenter commoneas, & ec. di. b. compellas, ut praelibratas decimas liberas omnino dimittat, nec sibi occasione huiusmodi aliquid ulterius vindicare praesumat. Clericum vero moneas, ut cum eodem G. amicabiliter studeat convenire.

CAP. IV.

In mulierem singularem tanquam in arbitratricem compromittere non potest: sed si mulier habeat alias iurisdictionem de iure communi vel consuetudine, nam tunc etiam super rebus temporalibus ecclesiae potest in eam valide compromitti. h. d. clari.

Innocentius III. cancellario & magistro Lotb. canonico Parisien.

Dilecti filii Abbas e & conventus de Scarduna Clericorum ordinis, sua nobis querela monstrarunt, quod cum inter eos ex una parte, ac hospitalarios ex altera, super usufructu cuiusdam nemoris quaestio verteretur, in A. reginam Francorum fuit compromissum utrinque, quae causa meritis intellectis, arbitrium duxit per definitivam sententiam promulgandam: [1 & 7.] Quamvis autem secundam regulam juris civilis foeminae a publicis officiis sint remota, & alibi dicatur d, quod licet summae opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel si patronae inter liberos suos interposuerint audientiam, ab omni sunt e. iudiciali examine separanda, ut ex earum prolatione nulla poena adversus earum contempiores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen iuxta consuetudinem adprobata, quae pro lege servatur, in partibus Gallicanis foeminae praecellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur, mandamus, quatenus hospitalarios, ut arbitrium ipsum praesertim, cum Episcoporum fuerit praesentia & consilio roboratum, sicut provide latum est, & ab utraque parte sponte receptum, observent, per poenam in compromisso statutam adpel. postipo. compellatis.

a C. 2. eod. tit. in 2. compil. b. Id est, ecclesiastica iurisdictione, vel disciplina: non discretione. c. Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. d. lult. C. de arbitris. e. al. sint.

[1 Et redactam in scripto proprio Episcoporum qui ibi interfuerunt fecit firmari sigillis, contra cuius sententiam hospitalarii temere venire non timent.]

CAP. V.

Ecclesia empti non potest in praedictum exemptionis compromittere. hoc dicitur & clare.

Idem Abbati & conventui de Pigravia. a

Cum tempore C. Papae b pra. no. [1 & 7.] Super controvertiis, quae inter te & Mersburgen. Episcopum & quosdam tuos monachos vertebantur, te promissisti arbitrium Magdeburgen. Archiepiscopi servaturum: [2 & 7.] Quia legitime constituit, quod fide hinc inde data compromissum est in Archiepiscopo memoratum, nos arbitrium ab ipso prolatum decernimus observandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quae contra libertatem ipsius monasterii, & duarum capellarum ejusdem in arbitrio sunt expressa. Cum etsi sponte volueris e, de jure tamen nequiveris, sine licentia Roman. Pontif. renunciare privilegio vel indulgentiis libertatis, quae monasterium illud indicant ad jus & proprietatem Rom. eccles. pertinere.

[1 Tu fili Abbas ad Rom. ecclesiam accessisses, & privilegia & alia scripta a sed. ap. meruisti obtinere, Mersburgen. Episcopus sicut asserit, propter hoc est graviter contra te commotus, tu vero timentis tibi & monasterio tuo periculum imminere.]

[2 Sic, factum est, ut idem Archiepiscopus adjunctis sibi tam clericis quam laicis sub certa forma arbitrium promulgavit, & causas suspensionis multiplices assignavit. Consequenter etiam iudicium volens declinare, sed ap. appellavit: sed reversus postmodum coram esiam faciamentum de calumnia praestitit, & testes produxit, petiit dilationsibus & obtemperavit. Ipsi vero iudices procedentes in causa, auditu attestacionibus utriusq. parti gesta omnia, sigillorum suorum munimine roborata, ad se. ap. destinaverunt, terminum partibus imponentes, quo receptura sententiam apo. sed. se praesentarent. & infra. Quia vero memoratus Episcopus eo quod iuramentum praestitit de calumnia, & a delegato inducias postulavit, & testes coram eo produxit, remanente appellacioni videtur, & eorum examini consensisse. Nos habito f. n. con. in praemissa incidenti questione interlocuti sumus, & quod deberent quae coram praedicto iudicibus gesta fuerant publicari, ut secundum tenorem ipsorum. nota tandem sententia informaretur: tibi vero & procuratoribus supra dicti Episcopi, ven. fr. n. Hostien. Episcopi & dilecti. P. ii. S. M. ecclesia Presbyterum cardinalem decimus audiret, qui cum ea quae fuerunt hinc inde proposita & ostensa, nobis & fratribus nostris fideliter retulissent.]

CAP. VI.

Arbiter non habet potestatem iudicandi ultra comprehensa in compromisso: id eo coram eo non sit reconventio.

Idem Episcopo S. Andreae, & Abbati de Bechet. d

Cum dilectus filius: & infra. Vtrum e coram arbitris reconventioni sit locus, postulasti per sed. A. post. explicari. Nos igitur respondemus, quod licet in iudicio convenientem reconvenire valeatis, qui coram iudice convenitur, coram arbitris tamen reconventi non potest: cum arbitri iudicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eos extiterit compromissum.

CAP. VII.

Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.

Idem rectori & fratribus hospitalis S. Bartholomaei Lucani.

a al. Pigravia. al. Pisanis. b cap. 2. eod. tit. in 3. compilat. c Hinc videtur inferri quod exempta ecclesia non potest renunciare privilegio libertatis contra l. si quis in scribendo. C. de pactis. d al. Beron. c ca. 3. eod. tit. in 3. compilat.

Cum olim a super eligendo in hospitali vestro rector & fratribus inter vos & priorem sancti Bartholomaei. Lucan. coram iudicibus delegatis quaestio verteretur, & utraque pars in eos compromittens ipsorum arbitrium se promiserit servaturum: super prolatum ab ipsis arbitrio utrinque dubitatio est exorta, quam petitis per sed. A. post. declarari. Nos igitur publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto, cognovimus, quod secundum formam arbitrii prior sancti Bartholomaei. Lucan. tenetur habere consilium cum familia hospitalis ejusdem, & tractare cum ea de inveniendi rectore. Propter quod dicimus quod nisi prior super inveniendi rectore tractaverit cum familia hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habet potestatem eligendi rectorem: & si alio modo eum elegerit, ejus electio haberi debet irrita & inanis. Verum habito b cum familia super hoc consilio & tractatu, prior libere potest rectorem eligere, duntaxat idoneum, sive concordet five discordet familia cum ipso super inventione rectoris.

CAP. VIII.

De rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest.

Idem in Concilio generali. c

Contingit d interdum, quod cum actoris: & infra. Ad hoc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum; quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur.

CAP. IX.

Auctoritate iudicis causa etiam delegati potest de causa spirituali in clericum & laicum compromitti: & si arbitrium est a partibus receptum, debet a partibus executioni mandari, licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & poena fuit apposta, agitur ad poenam, aliis ad interesse hoc dicitur, generaliter in harendo licita.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Per tuas e literas intimasti, quod cum super executione arbitrii, quod inter hospitalarios sancti Iovannis & plebanum de Pifcia f super hospitali sancti Allucii latum erat, a nobis literas accepisses: [1 & 7.] Plebanus proposuit, quod ad causam tractandam, procuratori dedit generale mandatum, non tamen ei mandavit, ut sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere super eo. Et praeterea procurator jam dictus de assensu canonico suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitrium non valere praesertim cum procurator fines mandati excederit, & arbitrium fuerit per unum clericum & duos laicos promulgatum, licet ipsi de assensu i. Genevens. Archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium promulgassent [2 & 7.] Super quo frater. [3 & 7.] si ex parte plebani arbitrium receptum fuerit, indistincte ratum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mandati executioni mandari. Si vero receptum non fuerit, refert, utrum fuerit vel non de observando ipsius poena statuta. Et quidem si poena apposta fuit, agi potest ad poenam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter fuit, quod staretur sententia, compromissum, procurator ad interesse poterit & convenire, quia iuramento suo ipsium personaliter, non ecclesiam poterit obligare. Quod autem a duobus laicis & uno clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obviare videtur, cum auctoritate

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compilat. b al. ita: ver. habito priorum & familia super hoc consilio & tractatu, &c. c Lat. 1. 4. d Cap. 1. eod. tit. in 4. compilat. Reliqua pars huius capituli habetur in c. contingit. f. de dolo & contum. e Cap. 2. eod. tit. in 4. compilat. f Pifa. g Albuti. h In aliquot exempl. quod licet ad causam tractandam proc. suo dederit generale mand. &c. que lectio planior est. i Iannens. k Vide l. Plancius. de procur.



nate dicti Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

[1 Partibus in tua presentia constituti hospitalarii à te exco-
municati arbitri postulabant, asserentes illud debere observari, pro
ea quod procurator plebanus sponte in arbitros juramento interposito
compromissum, quoniam dicebant compromittendi & transgrediendi su-
per eodem negotio (arbitrium) recepisse.]

[2 Unde cum super his dubietas fuisset exorta per ap. sed. ora-
tionem dicere petisti, qualiter super negotio isto tibi sit proceden-
dum.]

CAP. X.

Super dictis electis ad eandem pralaturam in discordia compro-
mittitur in ordinarius, morte alterius compromittentium expirat
compromissum: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit
super iure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem.
h. d.

Honorius III. Archiepiscopo Colomen.

Ex parte tua nostris est auribus intimatum, quòd va-
cante prepositura sancti a Cuneberti in Colonia, cano-
nicus eiusdem ecclesie vota sua diviserunt in duos, vide-
licet H. de Iuliac, b & G. de c Lombardia: & infra.
Cumque postmodum tractaretur super electione hujus-
modi, & partes essent in tua presentia constitutæ, in te
demum super hoc fide præstita compromittere curave-
runt, qui causa meritis diligenter inspectis ad proferen-
dam definitivam sententiam diem ipsis consentientibus
præstiti. Interim verò præfato H. ab una parte electo
habiano de medio supradictis canonicis inhibere curasti,
vota pendente sententia procederet ad electionem a-
liam faciendam: quorum quidam nihilo minus B. Co-
lonien. canonicum elegerunt. Die igitur quo sententia
profertur debuit, in tua presentia partibus constitutis, di-
ctus B. allegavit, quòd procedere ulterius non deberes.
Quapropter tibi edoceri à nobis humiliter postulanti,
brevisiter respondemus: quòd licet arbitrium sit finitum,
per mortem ipsius a H. prius tamen de primæ electionis
meritis debuisti cognoscere, quam processus fieret ad se-
cundam: nam si dictus C. superstitis in electione jus habet,
secunda constat penitus non valere.

CAP. XI.

Arbitri post rem iudicatam super dictis sortibus novis adsumptis, non
possunt per suam arbitriam sententiam immutare, etiam si de com-
promissis inter partes mandatum accepit à Papa.

Idem electo & Abbati sancti Zenonis & C.
canonico Veron.

Proposita nobis Feliren. & Belien. f electi petitio con-
tinebat, quòd cum causa, quæ inter antecessorem
suum ex parte una, & cives Terulanos ex altera, super di-
visione & rebus aliis vertebatur, per sententiam Hostienf.
episcopi tunc Apost. sed. leg. fuerit terminata: [1 & 7.]
Tandem super quibusdam discordiis, quæ hinc inde vide-
bantur exortæ, in ducem Venetorum tanquam in arbi-
trum cum parte altera compromissit: [2 & 7.]

Licet autem eidem literas nostras miserimus, ut ad
componendum inter partes laborare deberet, cum ta-
men intentionis nostræ non fuerit immutare senten-
tiam ipsam, vel sopitas per eam querimonias suscita-
re: mandamus quatenus (præfatis literis non obstanti-
bus) quicquid per prænominati ducis arbitrium contra
ipsius legam sententiam inveneritis esse factum, in irri-
tum revocetis: g & ei districtius inhibentes, ne ulterius

a Vindicta al. Caliberta. b Villaco. c Barbaria.
d. Vide l. cum proferre. §. i. §. l. sed. interpellatur. ff. eod. e al.
electio. Abbati. f al. Felren. al. Eihen. al. Belnen. al. Belien. g Ad
hoc locum vide. Abba.

in compromisso procedat, eundem ad restitutionem ob-
sidum occasione illius compromissi sibi datorum, ut ipsi
arbitrium servaretur, per cens. ecclies. compellentes.

[1 Et ipsius antecessor electi adjudicata sibi per legatum eun-
dem diu pacifice possidisset, ipse nihilominus habito canonicorum
suum assensu in præjudicium ecclesiarum suarum.]

[2 Qui veniens contra eandem sententiam auct. ap. confir-
mavit super rebus iudicatis ab eodem legato adversus prædictas
ecclesias aequitate postposita iniquum arbitrium promulgavit.]

CAP. XII.

Non valet compromissum factum in duos seu plures, hoc adjecto,
ut in casu discordia eligatur tertius per eosdem vel alios. h. d.

Gregorius IX. decano & magistro P. canonico S. Petri
Atrabatenfis diocesis.

Innotuit nobis Gulielmo laico conquerente, quòd
cum O. laicus ipsum super quadam summa pecunie cor-
am iudicibus auctoritate Apostolica convenisset, tandem
fuit à partibus in duos arbitros compromissum: sic ta-
men quòd si illi duo adinvicem discordarent, tertium
addere iudices nominati, retenta penes se compellendi
partes ad observandum arbitrium per dictos arbitros
promulgandum nihilominus potestate. Cumque ter-
tius arbiter à iudicibus prædictis electus, cum altero duo-
rum ipsum parti alteri condemnasset: idem ex eo sen-
tens à sapeditis iudicibus se gravari, quòd ipsum ad
observantiam huiusmodi arbitrii compellebant, nostram
appellavit audientiam: sed ipsi appellatione contemptis,
excommunicationis tulerunt sententiam in eundem.
Ideoque mandamus, quatenus si est ita, cum legali sit
provisione statutum, ut compromissum de incerta per-
sona in arbitrium adsumenda non teneat, dictam excom-
municationis sententiam denunciatis penitus nullam
esse. b

CAP. XIII.

Valet compromissum factum in unum vel in plures, ut ipsi per se
causam definiant, vel per alios quos ipsi elegerint. hoc dicit, secun-
dum intellectum, quem sensit glossæ: & Innocentius in capite
præcedenti, qui placet mihi. Panor.

Idem abbati & conventui totien.

Cum à nobis petitur: & infra. Ex parte vestra fuit
propositum, quòd olim inter vos & Senon. Archi-
episcopum quæstione suborta super eo quòd idem Ar-
chiepiscopus adierens, monasterium vestrum metropo-
litico iure sibi subesse, procuraciones & res alias exige-
bat à vobis. Tandem in V. sancti angeli diacon. cardin.
tunc Apostolicæ sedis legatum, à partibus concorditer
compromisso sub certa prena, quòd arbitrio seu ordina-
tioni ejusdem, vel duorum mediatorum, quos idem su-
per hoc deputaret, præcise parerent: magister P. capella-
nus noster, & I. Archidiaconus Senon. mediatores ab eo-
dem super hoc deputati legato, ordinando & definien-
do causam huiusmodi terminaverunt. Nos igitur, quòd
per prædictos mediatores super hoc actum est, auctori-
tate Apostolica confirmamus.

CAP. XIV.

Compromissum ante sententiam latam finitur morte alterius
compromittentium, unde non transit in hæredes compromittentium,
nisi de eis sit casuum in compromisso, hoc dicit, comprehendendo men-
tem capituli.

Idem.

Compromissum non extenditur in compromittentis
hæredes, si de ipsis non caveatur ibidem. c

a Observationem. b Vide litem finitus. §. si in duos. ff. eo.
c Vide l. veteribus. C. de contra. & comm. stipul.